

**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Quòd religiosus superfluos discursus, & visitationes fugiat. Cap. xxvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](#)

Ephes. 5:

Bonaue.  
in speculo.  
discipul. 2.  
p. principale. 6.

Eccl. 6.

Matt. 18.

Eccl. 18.

spernunt, & omnium fratrum tuorum indignationem incurris. Affectum istum inordinatum relinque, qui te vincit, ac ligatum tenet, ne in spiritu proficias, & in Deum amore descendas. Amorem depone creaturæ, qui te inficit, fratres turbat, congregationi obest, & Deum, cui soli cor tuum mundum, & imperturbatum custodire debes, plus quam tu cogitas, offendit. Sepi non dico iam aures tuas, sed cor tuum spinis, ut creature amor non valeat ad te intrare, immo nec audeat accedere; quia iste amor inordinatus, sensum, & cogitationem, & affectum sibi vendicat, & curam placendi Deo in sollicitudinem placendi amico cōmutat. Omnes affectu charitatis dilige, vniuersis te mitem, & benignum exhibe, & nemo sit, quem tuus amor à munere benignitatis excludat. Ambulate in dilectione, ait Paulus, sicut & Christus dilexit nos.] Christum itaque in dilectione imitare: & sicut ipsi omnes dilexit, & omnes spiritualiter dilexit, & sine villa levitatis nota dilexit, sic talis sit dilectio tua, quam singularitas nondānet, sed spiritus approbat, & grauitas sancta commendet. Si verò omnino iudicas aliquem tibi familiarem esse eligendum, audi ex Bonauentura, quem prudenter debeat eligere. Si familiarem, inquit, admittis, sit, quem artas, mores, discretio, & honestas insignit, & commendat. Familiaritas si fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. Est modesta quadam, in sancta familiaritate severitas, est & iustitia rectitudo, vt nullatenus virtutem soucatur, nec pro amico proximus offendatur, noli, ait sapiens, pro amico inimicus, fieri proximo.] Quia familiaritas ab hoc Patre descripta, si hos limites non transfillerit, nec in nimias collocationes deflexeris, nec quo ad res externas familiarem immetit alteri digniori prætuleris, nec Deo erit ingrata, nec fratribus inuisa, nec viro spirituali eam moderatè admittenti pernicioſa.

*Quod religiosus superfluos discursus, &  
visitationes fugiat.*

CAPUT XXVII.



M N I A vita spiritualis documenta talis conditionis sunt, vt benè cognita ingentem utilitatem afferant, male vero intellecta spirituali aedificationem evulant. Quod vel in uno Salvatoris verbo, quod suprà tetigimus, facile quisque percipiet. Dixit enim ille. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, absconde eum, & proprie abs te.] Si hoc bene intelligas, magnam ex utilitatem percipies, quoniam propinquos, aut amicos te ad peccatum instigantes deferes, & à tuo confortio reicias: si autem male interpretaris, & velis aut eruere tibi corporis oculos, aut præcidere manus aut pedes, quoniam illis aliquid minus decens perpetrasti, in magnum atque indiscretam errorem incides. Consulta sanè ab hac animaduersione locum istum incipio, vt illud cōsilium sapientis obseruem: Ante languorem adhibe medicinam.] Quoniam ego non solitariis religiosis, sed mixtis, & in utilitatem animarū incumbentibus scribo, à quibus cupio istud præsens documentū de vitandis superuacuis visitationibus, ac discursibus probè intelligi, & ea prudētia, qua decet, obseruari. Quod quidem meo iudicio illis est magis, quam solitarii necessarium: nam istos ipsorum sanctissima institutio, & claustrī obligatio ab omni discursu, & instabilitate ariet: istos verò non tam vitæ genus, quod sèp-

A ad exitus ē cella, & domo, & ad visitationes astringit, quām desiderium proficiendi sciungit. Ante languorem itaque præparo medicinam, & illos, ne me putēt ipsi velle persuadere vitam solitariam, quam nō profitentur, sed vitam perfectam, & spiritualem exoro. Cū enim hi vix Apostolicæ sunt lectors, quis nūl emota metis velit illos cellis occludere, & à necessariis discursibus prohibere? De illo quidem, quem dedit nobis Pater in omnis perfectionis magistrum, hæc legimus: Et circubat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicens euangeliū regni, & curans omnem lauagorem, & omnem infirmitatem.] Ipse etiā domos publicanorum & Phariseorum adibat, & sine villa trepidatione, cū opus erat, aliorum hominum habitacula frequenbat, vt se Apostolicis viris exemplum sanctæ cōfidentia, & discretæ libertatis offerret. A postolis quoque iam sancto Spiritu confirmatis nō dixit, delitescite in antris, & speluncis fugite consortia hominum, & abscondite vos in cavernis terræ. Sed quid dixit: Euntes in mundum vniuersum, prædicare euangeliū omni creaturæ. Ac Paulus: Ministri Christi sumus, vt minus sapientis dico plus ego.] Et statim sic suum ministerium commendat in itineribus sèpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus; quo itinera Dei, & animarum gratia suscepta, non vituperat, sed maximè laudat. Quare magnus Basilius, vt necessarios discursus & visitationes viles non esse à vita religiosa alienas doceat, postquam ad quietem hortatus est, hæc statim subinfert: Neque verò tamen propterea perpetuò est, tamquā in custodia permanendum: sed quandcumque & res posuit, & conscientia nō reprehendit libere est, fidenterq; prodendum, & de fratribus probatissimi quique & propter insignem vita sanctitatem maximè viles inuisi, & ex fructuoso illorum congressu, virtutum exempla capienda: ita tamen (vt quemadmodum diximus) in prodeundo modus teneatur, & prava omnis suspicio evitetur. Siquidem est sapienter, cū exortum in animo tedium fusepta peregrinatio discutit, & spatio ad colligendas denudò vires, ac se se erigendum refocillandumve dato, alaciorem ad capellēda de integro pietatis certamina facit. Quod si quis apud seipsum gloriatur, quod pede omnino è sella non effeat, enimvero intelligere is debet, inani fe admodum re inflari. Neque enim non prodire ipsum, sua sponte laudandum est, aut aliquando prodire homines solēt, aut bonos facere, aut malos, sed vel quod ad res honestas firmum, ac stabile animi iudicium est, vel contra leuitas, & inconstitutia, hominem bonum reddit, vel malum. Si verò quis proposita sibi femei in animo honestatem firmè cōstabilierit, & diuturna exercitatione temperatarum animi sui motionum probè iam rationem dīdicet, isque edomitis corporis sui libidinibus, & animi ratione alienis motibus refranatis, quod præterea rationis frāno confidat, ob eam causam è monasterio prædilectio, frequentiū velit, vt fratres rediscet, visitetque, qui huiusmodi est, eum ratio ad prodeundum potius impellet, quām reuocabit, quo videlicet polita super candelabro lucerna, cū cōfessio præclaræ doctrina luce largè lumē impertiat, modo verè confidat, in quoquinque incidet, illis se & doctrinā, & exemplo virtutū veluti scolam futurum & si seipsum diligēter antē munuerit, vt quod est apud Apostolum, ne forte cū aliis prædicauero, ipse reprobū efficiat.] Haec tonus Basilius. Ex cuius verbis satis colligitur religiosis viiles discursus, ac visitationes non esse interdictas, sed eas dumtaxat, quas aut

Matt. 9.

Mar. v. 11.

2. Cor. 11.

Basil. l. in  
conf. mo-  
nasti. c. 8

1. Cor. 3.

animi

animi leuitas, aut cariositas, aut tedium cellæ, aut alii confimiles affectus dictauerint.

Quo fundamento preicto, quod hoc loco necessarias è cella aut cœnobio egressiones nō carpimus, illud religiosus apud se statuat, omnes inutiles, & anima fūt, aut aliorū minime proficuus discursus esse omnino vitados, si vult in virtute proficere peccata multa cauere, & religiosam disciplinam custodiare. Hi namque discursus, quibus aliquis secretum suum deferit, & hue illucq; sine legitima causa discurrit, & secularium aut aliorum quorumcumque domos adit, non sunt aliud, quam innumerabilium peccatorum seminaria, disciplinæ religiosa dispensandæ, & amittenda omnis virtutis pericula manifesta. O vtinā non quotidiæ istud experitèmur! O vtinam non videremus istos, qui mundum peragunt, & in nullo loco consistunt, qui per vicos & plateas ciuitatis non ad quarendum sponsum, sed ad pascendos oculos, & ad soluendam linguam, & ad tractanda secularia negotia discurrunt; qui domos nobilium, & magnarum, & interdam muliercularum frequētant: O vtinam, inquam, non videremus illos innumeris peccatis sordidos, bonis operibus vacuos, & omni sensu vita spiritualis expertes. Sed etiam unde hæc instabilitas oritur, & quæ mala pariat, & quod sit eius remedium aperiamus. Peccata ista, quæ religiosos ab omni spirituali exercitatione distrahit, & in seculares, & aulicos, aut negotiatorum conuertit, ex accedit generatur, & ex tædo mentis, patre omnium vitiorum, exoritur. Quod Cassianus in huc modū professus est: Accedit genera sunt duo, vnu, quod ad somnum præcipitat & stuantes: aliud, quod cellam deserere, ac fugere cohortatur. ] Et idem alio loco vberius de accedit loquens, hæc ait: deinde honestas idem morbus, ac necessariis suggestit salutationes fratribus exhibendas, visitationesq; infirmorum, vel eminus, vel minus positorum. Quædam etiæ pia, ac religiosa dicit officia, illos vel illas debere parentes inquiri, & ad salutandos eos crebrius properari; illam religiosam deuotamque Deo feminam omni præsentim parentum præstidio constitutam, magnum opus esse pieras frequentius inuisere; ac si quid ei sit necessarium, qua à propriis parentibus negligitur, atque despicitur, sanctissimum procurari, magisque oportere in his operam pietatis impedi, quam infructuosè, ac sine ullo profectu in cellula residere. Et vere ita est, aliquos enim vidimus spiritus feruore succinos, cellam amare, publicum fugere, lectio[n]i, & orationi instare, & sola utilia ministeria proximorum admittere, qui ex feruore in tempore prolapso, hæc utilia horrent, quibus antea libentissime incumbebant, & ad deambulationes, ad itinera, ad salutationes secularium, ad colloquitiones magnatum, & ad negotia mudi incessanter aspirant. Sed ego nolo illos iudicare, ipsam suorum cordium sint iudices, & videant, an præsens inquietudo cum præterita tranquillitate, an ita mentis ariditas, cū illa antiqua consolatione spiritus, an ita vita imperfectiorum, ac culparum verbiis scatens, possit cum illa vita purissima, quam deseruerunt, vlla ratione conferri. Quod si non posset, dicant illud Osee: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene erat mihi tunc magis quam nunc. ] Sequatur illius Samaritanæ mulieris exéplum que libidinem quinq; virorum deseruit, ut Christo inseparabiliter adhereret. Amorem quinque sensuum desiderant, & ab eorum distractione discedant, & ad pristinam virtutis studia reuertantur, & tunc clapsa transillitas, ac interna consolatio ipsis arridebit.

Accedit itaque, ac tepidas mentis, mater est di-

Cassian.  
col. s. 21

Idem lib.  
20. de spi-  
ritu acci.  
c. 2.

Osee.

Ioan. 4.

A stractionis, & genitrix visitationum, & deambulationum inutilium, istæ vero trium sunt maximorum malorum exordia. Vnum est, quod ista distractio animæ & colloquitionum, ac visitationum, ac negotiorum secularium admisso, anima sensim emollit, & à prima illa luce diuinitus data, & à feruore concepto, & ab adepta stabilitate dimouet: quibus abiecit, facilimè est ex feruore non iam solum in leues culpas, sed in manifesta & graviora peccata prolabi. Accidit huic animæ illud Davidis: Et crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius: citò fecerunt, oblii sunt operum eius, & non sustinuerunt confilium eius. ] Quid enim est credidisse istos verbis Domini, nisi eius vocationem exceperisse? & quid laudem eius laudasse, nisi ad mutationem in semetipsum à Deo facta stupuisse, & tam benignam donorum largitionem suis admiratos. At citò fecerunt, imò & citò defecerunt, quia post breve tempus, virtutis studia reliquerunt, & in seculi negotia declinarunt. Paulatim illam mutationem admirabilem, in se patratam oblii sunt, & cōsilium Domini, ne corde redirent in Ægyptum aspernati sunt: Quod verba sequentia demonstrant: Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt Deum in inaquo. ] Infelices illi qui non rem aliquam, quæ cordi suo satisficeret, sed concupiscentiam affigentem concupierunt, (quia status eorum, nec voluntates, nec honores, nec seculi diuitias fert,) & velut homines famelicí odorem ciborum, percipientes, nec aliquid eorum degustantes, fame & siti laborarunt. Vere concupierunt in deserto, & tentauerunt Deum in inaquo, quia in statum mundo inimicum volunt ipsum mundum inuehere, & quæ vitam religiosam nō decent, stultis distractionibus impetrare. Insensibiliter silem̄ odio habere incipiunt, asperitatem vitae cōtemnere, eosque orationis & lectio[n]is tenebre, deinde luxuriam secularium, ut eorum occupationibus, incipiunt assuefcere, principia vero ista tam lucuosa nō aliud quam aut apertam aut occultam vitæ religiosæ derelictione promittunt. A pertam vocu dum quis à Diabolo deceptus mutationem status, & vitæ laxioris resumptionem meditatur, occultam vero, cū retete externo habitu, majoribus seculariis imbuitur. Corvus egressus ab arca humani generis seruatrice, non est resersus ad eam, & isti semel à vita religiosæ tranquillitate ad seculares colloquitiones, & visitationes egredi, in bonus quod perdidérunt, redire non curat. Sunt illæ stellæ Apocalypses, quæ de celo cecidérunt super terram. ] quæ nimisrum spatio studio cœlesti, ad quod vocati sunt, rebus terrenis inhiant, & nihil aliud in suis cogitationibus, & desideriis, & verbis, nisi terrenum inspiciuntur. Columba erant, quorum cibus selectus, & mundus, sed iam vultures facti sunt, qui cadaveribus id est, rerum secularium vanitate pascuntur. Et ut omnia in se mala congerant, etiam domesticarum avium in eo quod periculosest, conditionem imitantur. Nam sicut aues cicures, quia in urbibus, & apud homines commorantur facile capiuntur: ita istos religiosos aulicos, & negotiatorum luxuria afficit, & vtinā solum afficiat, ambitio percutit, inuidia corredit, & omne vitiorum genus illidit. Egregie namque dixit Hugo, qui discursum per alienas domos, de assidueitate secularium gaudient hominum, qui foris spectacula sequuntur, qui non ad necessitatem communem, sed ad propriam voluntatem sunt parati, qui causas itineris sui non habent, sed fingunt: tales dico, sicut sunt faciles ad discurrendum, ita forsitan proni sunt ad ea, quæ loci opportunitas subministrat. ] Sæculum autem, ad quæ subministrat ma-

Psa. 105

Psa. 105

Genes. 5.

Apocal. 6.

Hug. 1. de  
clastro  
anime. c.  
4.

teriam,

teria, nisi innumerabilia ad peccata, in qua isti miseris, ac tepidi impingunt, & in mortem animae prolabuntur? Sicut enim lux in laterna ab impetu ventorum seruatur, extra illam verò, non iam magno vento, sed statu levissimo extinguitur, ita religiosus impetus discursus, & non necessaria congregatio secularium occidit, cella verò, & silentium, & ianua concubij custodit. Abel non in paterna domo, sed in agro occisus est. Cui dixit Cain, egressiam foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.] Ita homo per vitam religiosam Deo consecratus, nō in domo patris, & dum est sub cura praefati, sed in agro, in presumpto causa fictæ necessitatibus irinere, in hospicio, in conuicio, & in domo secularis occiditur. Est ex illorum numero, de quibus ait Iudas Apostolus: siderata errantia, quibus procolla tenebrarum seruata est in aeternū.] Crede mihi, ô religiose, quia experitus loquor, & hoc non semel, sed saepius vidi, quia ex sidere errante fit fidus cadens: & si erras in seculo, & per domos secularium, & aulicorum, & muliercularum, sine causa discursis, absq; dubio, in eo quod lacrymas elicat, incides. Ama ergo cœnobium, & cellam tuam, quia, vt concludit Hugo, secura est claustris assiduitas, quam cura rei familiaris non turbat, quam non sollicitant accessus hominum. Ibi inter fratres alicuius ad alterum, diligens habetur custodia: ibi prælatorum subiectis discipuli prouident solertia: ibi silentium auferit locum cōfabulationibus, lectio assidua extinguit iram. Scriptum est enim, Ira probata crescit, dilata minuitur.] Ibi disciplina cæteros motus cordis seruire cogit munditiæ, & omnis opportunitas, qua est ad malum, per claustris assiduitatem excluditur.] Hæc Hugo.

Alterum malum huius distractiōnis est, quod nō solum religioso discurrenti, & domos secularium frequentanti nocet, sed ipsam etiam religiosam disciplinam subvertit. Nā vita religiosa quid est? Nonne amatrix ordinis? nam & ordo solet vocari. Quid autem infestus ordinis, quā nusquam consistere, & hoc illucq; sine causa vagari? Quid est? Nonne portus, in quæ prudenter nos recipimus, ne huius sæculi, quod sēcum est mare, tempestate iactemur? Quid verò portui magis aduersum, quā periculis, & procellis, & profundi maris tempestibus subiacere? Quid est? Nonne aeternitatis imago, in qua si nō reperitur immutabilitas, quam mortalis vita non sustinet, at inuenitur earundē singulis horis mutationam identitas? Quia cunctis diebus eandem horam oratio sibi vendicat, lectio præoccupat, & pensum alicuius alterius occupationis assumit? Sed quid aeternitati magis oppotuit ea vita, quæ seculari colloquitionibus & negotiis addicta, numquam potest in operibus religiosis rationem seruare, nec eodem tenore procedere? Primum argumentum mentis composite existimo, ait Seneca, posse consistere, & secum morari.] Ergo primum indicium mentis incomposita erit, numquam consistere, neque in aliquo loco quiescere. Illi autem, qui semper itinerum causas prætendant, qui reliquo proprio nidulo cella sua, cotinuò per alienas domos discurrunt, numquam consistunt, numquam nec cum soli sunt secum, sed cum vanis hominibus, quos inuiserunt, & quorum negotia tractauerunt, cogitatione cōmorantur, non igitur mentem compositam sunt adepti. Vbi autem est mens incomposita, ibi mens sit irreligiosa, necesse est, quæ virtutem nesciat, disciplinam ignoret, & in aliis suo exemplo notionem ordinis & quietis extinguat. Sed apud istos homines adeo distractos, & rerum secularium amore compeditos, nullius

A pôderis est ista discipline religiosa subuersio, quam neque in aliis alicutus esse momenti astimet, & cui, sibimetipis satisfacere, & sua desideria explere, præponunt. Taceremus quidem istud exitiu disciplinæ, si ipsi eam destruentes suo voto potirentur, at compertum est, quia quod cupiunt, non assequuntur. Nec enim eorum mens, dū de loco in locum transmigrat, & ex domo unius amici in domum alterius volitat, aliquid quietis, aut vera latitia fit particeps, sed magis inanibus desideriis discerpitur, tristitia obsecratur, & caligine spiritualium tenebrarum offenditur. Nam quietem animæ religiosæ non sensuum, & lingue immortificatio efficit, sed obliuio rerum secularium, & memoria Dei, & rerum celestium inducit. Quare stultum est tranquillitatem in ipsa tempestate querere, & animi latitiae, quæ maximè ab stabilitate pender, ex mutabilitate & incōstantia velle percipere. Vnde Laurentius Iustinianus egregie ait, (& quidem ex Bernardo mutavit) impossibile est, in uno hominem figere animum suum, qui non alicui loco prius fixerit corpus suum. Qui enim aetitudinem animi sui migrando de loco ad locum effugere nititur, sic est, sicut qui fugit umbram corporis sui seipsum enim fugiens, seipsum circumfert, locum mutat, non animum. Eundem se ubique inuenit, nisi quod deteriorem facit ipsa mobilitas. Quid terrarum iuare nouitas potest, quid mutabilitas locorum? Irrita quidem est illa iactatio, onus animi depandum est, & tunc omnis placebit locus.] Si locorum mutatio tua quieti non prodest, & sanctissima disciplina plurimum obest, æquū est, ô religiose, vt te ipsum in cella contineas, lectiōni & orationi vaces, à colloquiis, ac visitationibus non necessariis abstineas. Statim, ac qualitatem animæ tuae obsecro mediteris, & si eam pulchram & aliqua virtute expolitam inueniris, fac quod pater Mosis, qui videns eum puerum elegantem tribus menibus à conspectu Ägyptiorum abscondit. Sic & tu animæ pulchritudinem, quā religiosis operibus assequutus es, tribus menibus, scilicet, dum bene purgaris, dum bene illuminaris, & bene perficeris, à tumultu rei secularium occulta, ne eam pessimæ, & tuo statu non conuenientes occupationes illidant. Si autem animam tuam vitiis & affectibus prauis adhuc secundam esse persenseris, non sis tam insipiens, vt putas te inter titiones posse mundari, & in mediis negotiis secularibus, que solent futare perfectos posse proficere. Absalom iuvenis pulcherimus, qui in ciuitate, & in domo regia, suum decorum retinuit, in agro cecidit, & pulchritudinem, ac vitam, amisit. Denique tulit Iob tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom.] Quo pacto tu pulchritudinem animæ comparabis, vbi alius iam partam cū fecunditate cōmutauit? Diabolus te in vicis, in plateis, & in dominis mundanorum expectat, vt cor tuum tribus lanceis, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vita transfigat. Tu exemplo vult alios vincere, & à custodia discipline ad virtutem mundanam amorem pertrahere. Misericordia animæ tuae, quam curis secularibus destruis, misericordia animabus eorum, quas exemplo à vita religiosa dimoues: & misericordia vita religiosa, quam paulatim in te, & in aliis à decoro sui splendoris abducis.

E Et quod aliud malum religiosi discursibus non necessariis, & visitationibus secularium infestis incurrunt? Certè, quod & seipso, & statim religiosum contemptibilem faciunt, & incomparabiles sunt virtutum impedient. Verum est enim, quia nimia consuetudo contemptum parit, vnde secularis passim nos videntes, & singulis horis alloquentes, &

Infin. in  
ligno vita  
tractat, de  
persecutio-  
nia. c. 4.  
Bern. ad  
fratres de  
vōte Dei  
ante me-  
diū.

Exod. 2.

nos

Cassius  
lib. 10 de  
spiritu ac-  
cida. c. 7.

Matt. 11.

Matt. 23.

nos homines, & fragiles, & nō mundo mortuos esse probantes, facile aspernantur, quos solo habitu & nō aliqua insigni virtute à se diffitos esse conspicunt. Quod & Ioannes Cassianus indicat, dicens: Numquam potest, nec apud eos quidē, qui saceruli homines sunt, honeste incedere, qui nequaquam claustrī cellæ, & operi manuum suarum inhēre contentus est. Sed necesse est eum in honestum esse, dum necessaria viētus requirit, adulatio quoque operam dare, nouitates etiam rumorū sectari, cauſatum fabularūmque occasiones conquirere, per quas sibi meti pī aditum patet, ac facultatem, qua diuersorū domos valeat penetrare.] Quis autē cōtemp̄ibilior in honesto, & adulatore, & eo qui non rogatus, nec vocatus se ingredit, & in negotiis alienis causa viētus se intromittit? Status autem religiosus, qui non aliud est quā ipsorum religiosorum collectio, & ipsorum moribus astimatur, & illis ob vitam impuram contempsit, statutu etiam ipse contemnitur. Putantque aliqui sacerulares (quod certe non sine lacrymis scribendum esset) nos vt laeti vivamus, & lucris inhiemus, & liberiū procedamus, vitam religiosam suscepisse, & habitum religiosum gestare. Putat nos esse ex illis, qui contegunt se vestimentis ouīū, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, quia fructus aliorum, qui malorum arborum sunt, & vitam illorum quae non redolet oves, sed lupos, non illis tantum, sed omnibus sue professionis adscribit. Quid existis in desertum videre, ait Dominus, arundinem vento agitatam. Sed quid existis videre, hominem mollibus vestitus? ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.] Vident nos sacerulares mollibus, & pretiosis indumentis circumdatos, videt nos suis affectibus oneratos, videt nos præ instabilitate, omni arundine leuiores effectos, & putant statum nostrum, & mores alicorū præferre, & arundineti leuitate, & vanitatem imitari. Id putant (licet manifeste decipiuntur) & ideo aspernantur illum, quem ex nostris peccatis folia ceremoniarum, & non fructum virtutis habere coniiciunt. Hæc autē falsa tum religiosorum, tum religiosi status opinio, vix est credibile, quantos fructus virtutis impedit. Nam dum sacerulares audiūt nos humilitatem, abstinentiam, & saceruli laudare contemptum, putant, id loquendū tantum gratia dici, nō verò exercenda virtutis causa prædicari: quia vita nostra ambitioni dedita, co-melationibus, & ebrietatis addicta, & rebus sacerularibus occupata, quidquid boni dicimus, destruit, & virtuti quā prædicamus, contradicit. Documentum quidem est Domini Salvatoris: Super cathedrā Moysi federunt Scribe, & Pharisæi, omnia quæcumque dixerint vobis, seruare, & facite, secundūm verò opera eorum, nolite facere.] At pauci sunt qui sciāt hanc salubrem doctrinam seruare. Attentius nāque manus, quā sermonem inspicunt: quid si eas viderint sanguine plenas, & lordinis peccatorum sedatas, sermonem peccata dominante, & virtutem laudantem irrident. Et nostra distractio ac sacerularis conuersatio non tantum nobis nocet, & sanctissimum statum religiosum eleuat, sed etiam viam virtutis sacerularibus inaccessam esse suadet, vt sic in omnibus inueniamur iniuriosi.

Hæc mala nobis profecta timenda sunt, & poena à iusto iudice Deo illis in perpetuum decreta, quam vt euadamus, necesse est religiosos religiosè vivere, & omne, quod sacerulum sapiat detestari. Concio habenda nos extra cellā & cœnobium vocat, examinamus; confessio peccatorum infimi excipienda compellat, procedamus; obedientia (vt vno nomine dicam) aut charitas nos ad progrediendum impellit, intrepide,

A & sine ullo timore incurrendæ imperfectionis progredamur: at extra huiuscmodi occasiones cœnobium nos teneat, & cella clausos, & bene occupatos cōtineat. Exitus sit necessest, redditus autem ad Dominum, qui nos in cella nostra grataiter expectat, sit desiderium nostrum, sit nostra latitia. Oculi nostri, mundi pulchritudines, aures, saceruli rumores, lingua, verba inutilia & vana dedicant. Omnes sensus nostri, omnes vires animæ, & vniuersa corporis membra rebus spiritualibus asperguntur, ut spirituali occupatione promissam spiritualibus gloriam acquirat. In hoc vult Paulus nos imitatores habere, dū ait: Ipsi seitis, quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigione nocte & die laborantes, ne quem vestrum grauaremus.] Quidnam quietus est, Apostoli exemplum sequens? Ille certe, qui aut animi tranquillitatem in corpus deriuat, & absque legitima causa vagari non sinit: Vel qui corpus suum nexibus divinae dilectionis, in cella tamquā in carcere vincit, ut ipsa corporalis quies, animo quietem impertiat. Et quis non gratis helluorum more panem manducat? Ille quidem, qui pretiosas temporis horas, de quibus rationē est redditurus, oratione, & lectio, & ministerio suo occupat, & in oneribus obediendæ, & in officiis charitatis insumit. Hunc Paulus veluti charissimum imitatorem diligit, nec illa acerrima sententia increpabit, qua in alio loco ait: Rogamus autem vos, fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quietis sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius alii quid desideretis.] Sapiēter in initio causam instabilitatis edicit: ea autem est, quia animus elatus superbia, existimat se diuenter esse, & bonis operibus abundare. Esto, id ita sit, sed iste quisquis est, scire debet, quia in tempore spirituali lucro destinato, intolerabilis stultitia est nolle amplius lucrari, ac maiora virtutum augmenta conquirere. Qui autē vult magis abundare, in primis, necesse est, vt quietus sit, quoniam mentis & corporis diuagatio, spirituales diuitias non auget, sed potius iam partas amittit. Ac deinde non aliena negotia, sed suum negotium agat. Si enim perfectionis negotium tam arduum est, vt totum hominem poscat, & nec totus homo ad illud sine magna gratia sufficiat, quia cæcitas est huic negotio vana negotia superaddere? immo & illo postposito, ista ad propriam damnationem tractare. Operetur igitur manibus suis, id est, actionibus religiosis instat, & honestatem status sui in omnī loco, sed præcipue inter sacerulares præferat, & desideriis eorum, quæ abiecit, se falli non sinat, quicumque vult pericula distractionis evadere, & nequaquam à professione, quam arripuit, excidere. Tempus perfectioni comparanda affligitum, curis & colloquiis inutilibus cōterendum non est, quod nulla postea humana diligentia restaurat, iuxta dictum cuiusdam sancti senis, qui vt refert Beatus Dorotheus, dicebat: Aurum, vel argentum si amiserit homo, posse eum vel id ipsum vel tātundem recuperare: tempus autem si pereat, nec ipsum amissum, nec aliud pro eo posse aliquando restaurari. Citra controveriam verissimum est dictum huius senis; quoniam tempus iam insumptum nulla revocat humana potestas, præsens vero tempus non recuperat quod perditum fuit, quippe quod tam angustum est, vt vix sibi ipsi sufficiat. Si autem amarum est assueta relinquere, & nos in cella ocludere, & mundo persestè mori, meditemur hujus absconsionis præmium,

1150

z. Theff. 3

1. Theff.

4.

Dorotheus,  
doctrina  
11.

quod

Malach.  
4.

quod eam non tantum tolerabilem, sed & gratam ac iocundam efficiet. Describit istud præmium Malachias dicens: Et egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint ciniis sub planta pedum vestrorum in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum.] In die quidem illa, qua Dominus, quod nobis promisit, faciet, quæ dies est æternitatis egrediemur ergastula celarium, imò & angusta spatha rerum terrenarum, & saliemus sine ullo timore, & cum incomparabili exultatione, & ecclie latitudinem penetrabimus. Cœculabimus demones, quos nostram professionem custoidentes vicimus, & vniuersa quæ nobis offerabant, melioribus bonis cumulati, quasi cinerem vilissimum despiciemus. Tunc dabitur nobis merces absconsionis, & silentij ubique liberior discurrendi per mansiones cœlestes, & loquendi cum sanctis, vera & perfecta libertas, quam in æternum possidebimus.

*Quod religiosus de rebus sanctis cum aliis loquatur.*

C A P V T X X V I I I .

**S**e nobis loquendū est, & non semel aut bis, sed sacerdoti loquendum est, nec possumus, quādū in hac mortalitate degimus, hominū penitus cōsortia vitare. Imò nec expedit nobis, neq; aliis, ut omnino proximorū consortia vitemus. Nō expedit proximus, quoniam eos loquendo, docemus, & ad omnem virtutē capessendā monemus: nec expedit nobis, ne emolumēto prædicata doctrinæ Euangelicæ, & misericordiæ, ac dilectionis fructibus careamus. Quid igitur faciendū est, ne hominū consortia nos distrahant, sed viam potius nobis ad perfectionē aperiā? Id quidē quod pharmacopola corporū ad salutem recuperandam facere solent. Hī enim viperā (veneno semoto) vtuntur ad theriacam compонendam, quæ calore, ac occulta huius serpentis virtute compacta statim in cor hominū tendit, ipsumq; à veneno cōtagione cultodit. Habet homo in seipso nec timet, viperam tēterimam, quæ ad eius semper necem aspirat. Hæc est lingua, de qua inquit Iacobus Apostolus, inquietum malum, plena veneno mortiferō: cui si veneno plena est, optimè conuenit, ut viperā nuncupetur. Venenū autem huius viperā quo nos saepē nescientes perimit, verbū detractionis, & maledictiæ, & irriſiōnis est, omnemque verbam inutile, quod si solum animam non perimit, at eo ipso quod leue peccatum est, ad spiritualem mortem disponit. Tollamus hoc venenum à viperā, & vim prædicandi bonum, & persuadendi virtutem, & loquendi de rebus sanctis teneamus, & sic non iam veneno (quod sublatum est) sed virtute, & calore viperā non solum aliis, sed & nobis meti ipsi proficiemus. Noster itaq; sermo, siue cum externis, siue cum domesticis semper de rebus bonis fit, non aliud quām sanctorum exempla, & virtutis incitationa redoleat, non aliud quām ad ædificationem prouocantia contineat. Itē ut index animi, & sancte non sicut, bonos malosque discernat; & sicut isti conueniunt, ut vanæ, & lascivæ loquantur, & se verbis ad malum accendant: ita & illi congregentur, ut quæcumque sunt bona, quæcumq; sunt sancta profertant, & sermonem se ad virtutem, & sanctitatem horrentur. Illos comparat Iob squamis Diaboli, de quo ait: corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus: vna vni coniungitur, & ne spiraculū quidē incedit per eas, ] qui in hoc amicitias,

A & familiaritates inēt, ut quasi arma peccati, ipsum verbis tueantur, & operibus prauis defendant. Nec ego in squamis Behemoth hūc abditum sensum inueni, sed Bernardus, qui proposita dicta sententia subiūgit: Talis unitas, imò verò peruersitas solet esse in aliquibus fratrum tepide, ac remissè cōuerſantū, quibus si quid honestatis, aut insignie cuiusquam bona consuetudinis persuadere velis, promptiores sunt maiori dispendio, ac difficultate graviori resistere. Quam faciliter compendio aſequi velle, quod re. & cum esse considererit. ] Bonos verò libenter confero cum aureis tintinnabulis vestis sacerdotalis, quorū sonus Dominum placat, & sacerdotis orationem acceptat. Si enī illa vestis, Ecclesia sancte est imago, quid aptius quām viros iustos mala punica, & tintinnabula designabūt, quorū illa cōcordiam morum, & sanctitatem operum, illa verò utilitatem verborum, quibus abundat sancti, significat. M̄li quia de hoc mūndo sunt, idē nō de rebus mundanis, sed de rebus cœlestibus, & de mysteriis diuinis verbis profundūt.

Bern. for.  
3. de af-  
fumpt.

Exod. 28.

I. Ioan. 4.

B ] Bonos verò libenter confero cum aureis tintinnabulis vestis sacerdotalis, quorū sonus Dominum placat, & sacerdotis orationem acceptat. Si enī illa vestis, Ecclesia sancte est imago, quid aptius quām viros iustos mala punica, & tintinnabula designabūt, quorū illa cōcordiam morum, & sanctitatem operum, illa verò utilitatem verborum, quibus abundat sancti, significat. M̄li quia de hoc mūndo sunt, idē nō de rebus mundanis, sed de rebus cœlestibus, & de mysteriis diuinis verbis profundūt.

C Iustitia, ac sanctitatis amatores id enīcē curat, ut Christum omnis sanctitatis magistrum in actionibus, & in verbis imitentur. Illius autem verba (vt nunc opera relinquamus) semper fuerunt tum auditoribus vtilia, tum summa illi maiestati conuenientia. Semper os illud purissimum, in quo cœlestis gratia diffusa est, verba sanctitatis insonunt. Quem vt sequuntur, qui mentis puritatem aſequi volūt, verbi sacerularibus, & otiosis abstinerent, & ea solum proferunt, quæ viros iustos deceant, & proximum audientiū utilitati congruant. Nam si ex abundantia cordis os loquitur, ] cor iustitiae, & cœlestium desideriorum plenum, quid ori loquendum ministrabit, nisi quod auditoribus proſit, & à sua dignitate non discrepet. Idque innuit Gregorius dicens: Boni etenim cum loquuntur, duo sunt, quæ in suis loquutionibus attendunt, ut videlicet, aut sibi, & auditoribus suis: aut sibimet solis proſint, si auditoribus prodeſſe non poſſunt. Cū enim bene audiuntur bona, quæ dicunt, sibi simul, & auditoribus proſunt. Cū verò ab auditoribus deridentur, sibi proculdubio profuerunt, quos à culpa silentij liberos fecerunt. ] Et quidem Dominus hoc ita esse testatus est: Nam mittens discipulos suos, ut populus euangelium annunciant, præcepit illis, ut introcentes aliquam domum, dicerent: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, inquit, requiescat super illum pax vestra, si autem, ad vos reverteretur. ] Quod autem de verbo prædicationis euangelij dicitur, de quo cumque ædificationis verbo intelligendum est, ut si audiens amator virtutis fuerit, auditio ædificationis verbo proficiat, si verò cum indignatione, aut cum tædio sanctos sermones excepterit, saltem ille, qui loquitur nullo modo emolumento loquendi fruſtretur. Sed quomodo sermones de rebus sanctis magna utilitate carebunt, quos Christus Saluator noster approbat, quos sua præfencia nobilitat, quos ipsum excitare, & fouere delectat? Vbi fuerint duo vel tres, ait, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. ] Certè illi inter alios congregantur in nomine Saluatoris, qui vt se mutuò ad virtutem excitant, loquuntur verba salutis: quorum medium ipse Saluator occupat quia corda illorum emollit, & dum verba sancta audiunt, ad virtutem accendit, quamobrem discipulis cœribus in Emauntem, de sua passione loquentibus, se præsentem exhibuit, eorum hæſitationes audiuit, tenebra, ignoracionis disputit, tristitiam & angorem disfecit

Luc. 6.

Greg. 15.  
mor. c. 21.

Luc. 10.

Matt. 18.

Luc. 14.

Iacob. 3.

Iob. 41.